

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Apostoli f
cum fonte primo

Petrus sequebatur a longe et cetera.

Fortasse et in hoc Petrus nobis maxima fit
admiracione reuerendus
quod Dominum non reliquit, eciam cum uiueret.
Metus nature est cura pietatis.
Alienum quod timet, suum quod non fugit.
Quod sequitur deuotionis, quod negat obreptionis.
Commune quod labitur, fidei quod penitet.

Ambrosius super Lucam libro IX.

Petrus uero sequebatur a longe (Luc. 22:54).
Et bene a longe sequebatur iam proximus
negaturo; neque enim negare potuisset,
si Christo proximus adhaesisset. Sed
fortasse et in hoc nobis maxima sit
admiracione reuerendus,
quod dominum non reliquit, etiam cum timeret.
Metus naturae est, cura pietatis.
Alienum quod timet, suum quod non fugit.
Quod sequitur deuotionis, quod negat obreptionis.
Commune quod labitur, fidei quod paenitet.

Ambrosius Mediolanensis, *Expositio euangelii
secundum Lucam*, 10.72 (CCSL 14, M. Adriaen &
P.A. Ballerini eds., pp.366-7, ll.702-709).